



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Decimvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

TVTE EX COMMUNICATI^NIS.

cōmento, quod scilicet nō propter transgressiones, sed propter contumaciam excōmunicentur, quasi non sit hoc crudelē satis, quod pauperem pro tantillo pretio trahunt per tam spaciū, in tantas carnificinas suas. Sed hæc alias.

NON V M.

Id super oia, & in iis oībus consyderandū est, qd potestas Ecclesiæ cū sit Christi prās, licet pro nostris peccatis, plerūq; tradatur Pilatis, Herodibus, Annis, & Caiphis, uiolentiſ q; alijs tyrannis, nostrū tñ est, eam summis semp studijs reuereri & colere, exemplo Christi, qui sic Annā, Caiphā, Pilatum honorauit. Ideo nec indignissimæ eiusdem abusiones, nos debent pmouere, quin quicqd ipsa fecerit, hilariter fera mus, aut saltem cū reverentia declinemus. Nam tps nostrū pīculosissimū est, ideo prudentissime oportet nos agere, ne propter psonas, potestatem pariter uilipendamus, imo propter potestatem, etiā uilissimas psonas honoremus. Sic em̄ iratus nobis dicit, Dabo pueros prīncipes eorū, & effōemis nati dominabuntur eis. Esa. iij. Atq; ideo facilius efficiemus qn cognoscimus, qd in anīa profectū uel defectū nihil pñt nisi occasionaliter & exercitatīue, & tētatiue (ut ita loquar)

DECIMVM.

(agere.

Excōmunicatio iniusta, nobilissimū meritum est, ideo dulciter ferenda, si excusationi tuæ humiliter prēstitæ, locus nō fuerit datus. Hic em̄ dices illud Psal. cvij. Maledicent illi, & tu benedices, tantū uide, ne potestatem cōtemnas, uis potestatis prodest, contemptus uero tete perdet. Nam si filio (ut dixi) imerito correpto, eo maior gratia matris accedit, post q; cognita fuerit eius innocentia patiens, quanto magis apud deū maiorem gratiā consequetur, si patienti innocentia etiā a matre sua Ecclesia tulerit disciplinā, immo si aduersario iubemur consentire, & benigni esse in uia, quanto magis dulcissimæ matri Ecclesiæ, etiā si per indignissimos nos flagellat, Ipsa em̄ manet Mater, q; manet Ecclesia, manet autem

V

M. L. SER. DE VIRTU. EXCOMMUNICA.

Ecclesia, quia manet Christus eius sponsus in æternum,

V N D E C I M V M.

In excōmunicatione iniusta summe cauendū, ne id dese-
ras, omittas, facias, dicas, pro quo excōmunicarī, nisi id si-
ne peccato fieri possit. Nam iustitia & ueritas, cū sint de inte-
riore cōmuniōne Ecclesiæ, nō debent omitti propter excō-
municationem, exteriōrem, etiā si ad mortē usq; procederet
quia sic pessime oīm excōmunicaretur, si quis excōmuni-
ca ri timeret. Debet ergo humiliter ferre, & mori in excōmuni-
catione. Nec timere qd non accipit sacramentū Euch aristie
funeris ritum, sepulturas &c. Hæc incomparabiliter mīnora
sunt, q ut iustitia propterea prodat. Nam qui etiā iuste excō-
municatus, moritur, nō ideo damnabit, nisi forte nō contris-
tus, & cū contemptu excōmunicatiōis moreret. Contritio
& humilitas omnia soluit & placat, etiā si exhumetur, aut in a-
quas proīciatur. Beatus aut & benedictus, qui in excōmu-
nicatione iniusta, mortuus fuerit, quia pro iustitia, quam nō
deseruit, etiā tanto flagello percussus, coronabit inæternū.

D V O D E C I M V M.

Monendi tamen sunt Pontifices, & eorum ministri, ut cen-
suras grauatim, & q fieri potest, rarissime ferant. Quia cum
censura sit lex quædam, omnis autem lex sit uirtus & occa-
sio peccati, & sine gratia dei, lex non impleatur, gratiam eti-
am dei (id est, legis impletionem) dare ipsi non possunt, nix-
hil aliud faciunt, multiplicando leges & censuras, quā quod
multiplicandorum peccatorum, & offenditorum dei, causas
& efficaces occasiones præstant, quantumlibet enim nos o-
bedire tenemur eorum præceptis, multomagis tamen ipsi
tenantur seruire nostris infirmitatibus.

Sermonis de uirtute excōmunicationis a R. P. D.

Martino Lutherio habiti,

F I N I S.